





pora non tangit locum immediate, ratione sui, sed ratione quantitatis inter ipsam, & locum mediantis: Ergo substantia corporea, ratione sui, five ex vi propriae lineae praesente, non est ratio formalis, proxima, & immediata, fundans ubicationem in corporibus, five immediate illis tribuens esse in loco.

10 Respondent Adversarii, substantiam corpoream habere ratione sui, & intra propriam lineam, vim tangendi locum immediate; impediri tamen a quantitate, qua efficitur, ne illum actu immediate contingat: unde si esset a quantitate separata, illum ratione sui immediate contingeret.

11 Verum hac responsio duo implicancia involvit, quod scilicet substantia corporea sit in ipso corpore per se ratio formalis, & immediata contingendi locum, & quod hic immediatus contactus impediatur a sua quantitate. Quod enim convenit alicui substantiae per se, five ratione sui, nequit impediri ab eius proprietate, virtualiter saltem inseparabili ab illa, qualis est quantitas, respectu substantiae materialis: Ergo si quantitas impedit immediatum contactum substantiae corporeae ad locum, siquidem substantiam illam non esse per se proximam rationem immediate contingendi locum.

12 Confirmatur per magis explicatur hac ratio: Quando aliquid convenit alteri per se, non potest ab illo per se oriri impedimentum ad habendum illud quod per se illi competit: Sed quantitas oritur per se ex substantia materiali: Ergo repugnat quod substantia materialis habeat per se esse rationem proximam contingendi locum, & tamen quod hoc impediatur per quantitatem.

Ad quod, si hac responsio valeret, eadem ratione dici posset, substantiam spirituales esse per se & ex vi propriae lineae rationem formalem immediatam intelligendi, solumque per accidens impediri ab intellectu, ne immediate ratione sui intelligat: Sed hoc absurdum est: Ergo & illud.

13 Denique suaderi potest conclusio, ex absurdo & inconvenienti, quod ex adversariorum sententia sequitur. Si enim substantia Angeli secundum se, & antecedenter ad operationem virtualiter transeuntem, esset proxima ratio fundans ubicationem, seu immediate tribuens Angelo quod sit in loco, Angelus semper certum sibi locum vendicaret, & non posset in majori aut minori pro suo libito existere: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Minor infra patebit, Major probatur. Substantia Angeli intra propriam lineam est quod invariabile, semper enim eandem habet perfectionem substantialem, & nunquam in suo esse substantia variatur: Ergo si illa secundum se, & antecedenter ad operationem, sit proxima ratio fundans ubicationem angelicam, five immediate tribuens Angelo quod sit in loco, semper certum sibi locum vendicaret, nec poterit, pro suo libito, in majori aut minori intra sphaeram suae activitatis existere.

14 Confirmatur, Ex eo quod quantitas molis sit in nobis ratio formalis essendi in loco, non potest corpus Petri, v. g. occupare, five replere modo majorem, modo minorem locum, nisi fiat aliqua mutatio intrinseca in ipsius quantitate, puta per condensationem, vel complicationem, aut rarefactionem: Ergo similiter, si substantia in Angelo, secundum id quod habet intra propriam lineam, sit ratio formalis proxima essendi in loco, non poterit Angelus aliquando in majori, aliquando in minori loco existere, nisi ipsa ejus substantia intrinsece & intra propriam lineam varietur; quod tamen est impossibile.

15 Respondent Adversarii, negando illud inconveniens sequi ex sua sententia: quia substantia Angeli, inquit, non est illi ratio existendi in loco, nisi ut applicata per actum imperii, aut voluntatis angelicae, ad talem vel talem locum; sub qua ratione fundare potest ubicationem & praesentiam modo ad majorem, modo ad minorem locum.

16 Sed contra primo: Si substantia Angeli non sit illi ratio existendi in loco, nisi ut applicata per actum imperii, aut voluntatis angelicae, sequitur substantiam Angeli posse ab omni loco absolvi; quod quomodo sit verum, negatur tamen ab Adversariis. Sequela patet: quia Angelus potest suspendere omnem actum liberum suae voluntatis, & per consequens nulli omnino loco suam applicare substantiam.

17 Praeterea efficaciter impugatur hac responsio: Quando Adversarii dicunt, substantiam Angeli, non secundum se esse praesentem, sed ut applicatam diversimodo, per actum imperii, aut voluntatis angelicae, esse illi rationem formalem proximam essendi modo in majori, modo in minori loco, juxta beneplacitum ejusdem Angeli: vel per hoc volunt, quod applicatio substantiae Angelicae ad talem vel talem locum sit ratio formalis proxima essendi in majori vel in minori loco, vel causa efficiens illius praesentiae, vel conditio sine qua non. Primum dici non potest ab Adversariis: alias enim, cum libera applicatio substantiae Angelicae ad locum, sit operatio ipsius, virtualiter saltem transiens, five exercitium virtutis activae ipsius in locum, incidere in sententiam S. Thomae quam impu-

quant, scilicet virtutem operativam Angeli, una cum exercitio suo, five cum actuali operatione, esse rationem formalem & adequatam proximam fundantem ipsius ubicationem, five causaliter immediate illi tribuentem quod sit in loco corporeo. Si autem dicatur secundum, vel tertium, nempe quod applicatio libera substantiae Angelicae, est causa efficiens, vel conditio sine qua Angelus non esset modo in majori, modo in minori loco, substantia vero ipsius Angeli est causa five ratio formalis diversitatis ejusmodi effectuum. Contra est, quia causa efficiens vel conditio sine qua non, quantumcumque variabilis, non potest mediante causa formali invariata manente producere diversum effectum formalem; subindeque licet vel sit Angelus effectum suam substantiam modo ad majorem, modo ad minorem locum, si tamen ipsa ratio substantiae, quae invariabilis est intrinsece, sit et causa formalis essendi in loco, nunquam poterit existere nisi in equali loco. Et hoc patet a simili in nobis: quomodo enim libera applicatio sit causa efficiens, vel conditio necessaria requisita, ad hoc ut potius in isto loco, quam alibi existamus: nisi tamen varietur intrinsece nostra quantitas, nunquam efficiet mediante illa, quod majorem vel minorem locum occupemus.

Dices, disparitatem esse inter substantiam corpoream & Angelicam: illa enim est in loco per omnimodam commensurationem totius quantitatis cum toto loco, & partium ejusdem quantitatis cum partibus loci; hac vero est tota in toto, & tota in qualibet parte, sicut anima rationalis in corpore, & corpus Christi in Eucharistia; unde sicut anima rationalis, absque sui variatione intrinseca, potest informare nunc majorem nunc minorem materiam, & corpus Christi aliquando esse sub majoribus, aliquando sub minoribus dimensionibus, five speciebus, juxta voluntatem consecrantis; ita & Angelus absque intrinseca variatione suae substantiae poterit aliquando in majori, aliquando in minori loco existere, juxta beneplacitum suae voluntatis.

Sed contra: Quod aliqua substantia sit tota in toto aliquo loco, & tota in qualibet parte illius loci, non facit quod illa possit se constituere aliquando in majori, aliquando in minori loco, prout sibi libuerit: nam Deus est totus in toto loco corporeo, & totus in qualibet parte illius, & tamen non potest non replere omnem locum creatum. Item, ut exemplo Adversariorum utar, anima rationalis est tota in toto corpore, & tota in qualibet ejus parte; & tamen non potest ad libitum aliquando informare totum corpus, aliquando solum unam partem illius. Unde quod illa possit informare modo minorem materiam, dum scilicet primo actum corpus pueri, modo majorem, quando nimirum idem puer crescit; hoc non provenit ex eo quod est tota in toto corpore, & tota in qualibet ejus parte, sed quia ex natura sua determinata est ad hoc ut primo actum minorem materiam, deinde majorem, in propriam substantiam hominis converteret. Similiter quod corpus Christi possit aliquando sub minoribus, aliquando sub majoribus dimensionibus panis existere, juxta beneplacitum consecrantis, signatis materiam in illud convertendam provenit ex natura five institutione sacramenti Eucharistiae, ipsum ad hoc determinante. At vero substantia Angeli non est per se & ab intrinseco, five ex natura sua, determinata ad hoc ut pro diversis temporibus sit nunc in minori loco, postea vero in majori: quin potius, cum sit omnino invariabilis ab intrinseco, oportet consequenter quod determinet ipsum Angelum ad existendum semper in equali loco, si sit illi (ut volunt Adversarii) ratio formalis proxima existendi in loco.

§. III.

Modus docendi Vasquez impugnatur.

Dico secundo: Ratio formalis per quam Angelus in loco constituitur, & in qua fundatur ubi Angelicum, non est modus aliquis unionis ad corpus, per liberam Angelum voluntatem productus, & ex illa omnino pendens, quo ante omnem omnino operationem transeuntem conjugatur corpori. Ita communiter Theologi contra Vasquez.

Probat breviter: Primo quia unio illa Angeli ad corpus, seu locum corporeum, fictitia est & chimerica; neque enim est unio materiae cum forma, vel accidentis cum subiecto, aut naturae cum supposito, vel partis cum parte ut de se patet; nec etiam est unio agentis cum passivo, aut moventis cum mobili, ut docet Vasquez: Sed nulla alia unio praeter istas excogitari potest: Ergo &c.

Confirmatur: Modus unionis inter aliqua extrema formalum ponitur, quando ex illis unitis resultat unum aliquod tertium; cum unio sit quasi via ad unum: Sed ex Angelo & loco corporeo non constituitur aliquod tertium, quod sit unum ab eis distinctum, ut ostendit D. Thomas 2. contra Gent. cap. 56. *Sunt enim quatuor* (inquit)

in agente & patiendo, quod non est esse unum simpliciter: Ergo inter illa nullus debet poni modus unionis, qui sit ratio fundandi ubi Angelicum.

23 Ad quod in corporibus non requiritur talis modus antequam operentur, sed solum quaedam juxta positio, ex qua quaedam solum denominatio extrinseca in extremis resultare solet: Cur ergo in Angelis necessarius erit?

Deinde, vix potest intelligi, quomodo Angelus mediante illo modo suae substantiae superaddito, contingat locum & corpus, antequam in ipsum agat: ut enim docet D. Thomas ubi supra, & in 1. dist. 57. qu. 3. art. 1. non est nisi duplex contactus, nempe proprius eorum, quorum ultima sunt simul, & contactus metaphoricus, qui est per actionem: Sed contactus proprius Angelo repugnat; cum ei non sint puncta, vel lineae, aut superficies, quae sunt corporum ultima; metaphoricus vero, qui est per actionem, Angelo non convenit antequam aliquid agat in corpus: Ergo &c.

24 Praeterea, si per liberam Angeli voluntatem produceretur modus unionis, quo Angelus esset unitus corpori, seu loco corporeo, talis modus non solum produceretur in Angelo, sed etiam in corpore, nam sicut Angelus corpori, ita & corpus Angelo uniretur; immo cum corpus magis sit mutabile, quam Angelus; modus ille potius ex parte corporis, quam ex parte Angeli se teneret: Sed productio talis modi in corpore, est actio virtualiter transiens: Ergo Angelus non erit in loco ante omnem operationem transeuntem: Unde Alarcon Vasquez discipulus, postquam loco supra citato exasperatus in sententiam Thomae, qui dicitur Angelum esse in loco per operationem transeuntem, falsitatem damnasset, immo risu quodam exceperit eorum responsum, qui dicunt operari Angelos in quibusdam corporibus aliquas qualitates occultas, postea mitior effectus cap. 5. docet operationem transeuntem, & applicationem virtutis operative, quam antiqui Theologi posuerunt pro praesentia Angelicae explicanda, venterandam & sequendam esse; non ut Angelus per operationem contingat corpus, ut dicit Thomista; sed per illam producat unionem cum corpore qua mediante Angelus est in loco, ut Vasquez asserit. Ex quo deducti potest contra illos Auctores argumentum ad hominem. Ideo enim negant rationem formalem praesentiae Angelicae esse operationem, quia, inquam, priusquam Angelus operetur in aliquo corpore, debet illi esse praesens & conjunctus localiter; cum praesentia agentis ad passivum sit conditio praerequisita ad actionem: Atqui similiter priusquam detur modus ille unionis ad corpus, a Vasquez excogitatus, Angelus debet esse praesens loco: Ergo non magis per illum modum, quam per operationem transeuntem, potest Angelus in loco existere. Major patet. Minor vero probatur. Ante illum modum requiritur actio productiva illius, & unitiva ad talem locum. Sed nec operatio nequit esse absque praesentia Angeli ad locum: cum non detur actio in distant, & cum Angelus, priusquam aliquid operetur in aliquo corpore, debeat esse illi praesens & conjunctus localiter, ut illi Auctores contra Thomistas arguunt: Ergo modus ille unionis Vasquez, supponit praesentiam Angeli ad corpus, ejusque in loco existentiam, si vera sunt illius principia.

25 Denique, modus ille dicendi non explicat quomodo Angelus possit esse in loco praeternaturali & violento: cum enim in illo sit contra suam voluntatem, ratio formalis per quam in eo constituitur, non potest esse aliquid modus unionis, per liberam Angeli voluntatem productus, & ex illa omnino pendens: neque etiam potest in eo esse per unionem ab alio Angelo superiori productam, quia unus Angelus alterius substantiam intrinsece immutare non potest: unde ait S. Thomas qu. 3. de potentia art. 7. ad 11. *Deus in natura operatur, non autem unus Angelus in alio*: Ergo &c.

§. IV.

Sententia D. Thomae statuitur.

Dico tertio, Ratio formalis proxime & immediate fundans ubicationem Angeli in loco connaturali, five causaliter proxime illi tribuens esse in tali loco, est operatio virtualiter transiens.

Hanc conclusionem ita clare & expresse docet S. Thomas ut de ejus mente nullus relinquatur dubitacionis locus. Nam in dist. 37. qu. 3. art. 1. sic ait: *Quod aliquid determinetur ad locum aliquem, hoc non est nisi in quantum per aliquem motum applicatur ad locum illum & non ad alium: hoc autem applicatio vel intelligitur secundum situm aut contactum, vel secundum formam, vel secundum operationem aliquam: Secundum formam, sicut anima est in corpore: quomodo Angelus in re locali esse non potest, cum non sit actus corporis: Secundum determinatum situm, sicut panis in lineas quam terminat, quomodo Angelus in loco non est, quia essentia ejus omnino a situ absoluta est: Secundum contactum; Theol. Cont. Tom. II.*

sicut in loco est corpus: Contactus autem dicitur dupliciter, proprie & metaphorice: proprie tangere est habere ultimam simul; & patet quod hoc Angelo convenire non potest: ratiocinans autem metaphorice est per adhaerentiam, sicut dicitur contrahens tangere; & iste ratiocinatio potest convenire. Relinquitur ergo quod Angelus desituri vel determinari non potest ad locum aliquem, nisi per actionem & operationem. Et post pauca subdit, *Angelus & quilibet substantia incorporea, non potest esse in corpore vel in loco, nisi per operationem, quae effectum aliquem in eo causat. Et intra: Angelus est in loco, quatenus operatur circa aliquod corpus locatum, vel motum, vel lumen, vel aliquid hujusmodi.*

Videri etiam potest quodlibet 1. art. 4. ubi haec habet: *27* *Sicut corpus est in loco per contactum dimensionis quantitatis, ita Angelus est in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit virtutis contactum, operationem vocare propter hoc quod operari est proprius virtutis effectus, dicitur quod Angelus est in loco per operationem: ita tamen quod per operationem non intelligatur sola motio, sed quaecumque unio, quae sua virtute se corpori unit, praesens, vel continens, vel quocumque alio modo. Ubi advertendum est, nomine unionis non esse intelligendum modum unionis §. praecedenti impugnatum, sed (ut ait Ferrarientis 3. contra Gentiles cap. 68.) quaecumque aliam operationem, a motione loci distinctam; operatio enim agentis, transiens in passivum, est ejus cum passivo unio, & rei in passivo producta effectio. Unde cum subdit, quod Angelus est in loco, praesens, hoc non debet intelligi de praesentia habituali, sed actuali supra corpora inferiora; ad quam requiritur ut praesens actu influat in id cui praesidet, & aliquam operationem erga illud exerceat: vel sit intelligatur de praesentia habituali, & sine ulla operatione erga corpus, quae tangat illud, dicendum est, D. Thom. per talem praesentiam explicare praesentiam ordinis, quam habet Angelus, cum per dictamen praedictum ordinat se erga aliquem locum, ut infra cum Cajetano exponemus.*

Praeterea idem S. Doctor 3. contra Gentiles cap. 68. sic dicitur: *28* *Omne quod est in loco, vel in re quacumque, aliqua modo contingit ipsam, res enim corpora est in aliquo situ in loco, secundum contactum quantitatis dimensionis: res autem incorporea in alio est dicitur, secundum contactum virtutis, cum careat dimensionis quantitate. Sic igitur se habet res incorporea ad hoc quod sit in loco per virtutem suam, sicut se habet res corpora ad hoc quod sit in loco per quantitatem dimensionis. Quibus verbis hanc rationem fundamentalem nostrae conclusionis insinuat: Id debet esse in Angelo ratio formalis, proxima, & immediata essendi in loco connaturali, seu ratio fundandi proxime ubicationem in illo, per quod actu illum tangit: Sed illum non tangit, nisi per operationem virtualiter transeuntem: Ergo talis operatio est in Angelo ratio formalis, proxima, & immediata essendi in loco connaturali. Major patet exemplo corporum, ideo enim in rebus corporeis quantitas dicitur ratio formalis proxima & immediata essendi in loco, seu fundandi ubicationem in illo, quia substantiae corporeae non contingunt locum, nisi ratione quantitatis. Minor vero probatur: nam juxta Aristotelem 8. Physic. c. 5. & Divum Thomam ibidem, & loco supra relato ex 1. sentent. duplex tantum est contactus; unus proprie dictus, qui est quantitatis molis seu dimensionis; alter impropius & metaphoricus, qui est a quantitate virtutis, nempe operatio virtualiter transiens: Sed Angeli, cum immateriales & incorporei sint, locum corporeum per quantitatem molis, & contactu proprie dicto contingere nequeant: Ergo illum solum tangunt, contactu virtutis, qui sit per operationem virtualiter transeuntem.*

Confirmatur: Illud proxime fundat ubicationem Angeli in loco connaturali, quod est ipsi ratio tangendi nunc majorem, nunc minorem, nunc indivisibilem locum, prout ipsi libuerit: Sed sola operatio virtualiter transiens hoc habet, utpote quae sola est libera, subindeque variabilis, ut docet S. Thomas loco supra citato ex primo sent. art. 2. his verbis: *29* *Locus Angeli potest esse indivisibilis vel indivisibilis, aut magnus, vel parvus, secundum quod operatio ejus immediate ad magnum vel parvum terminatur: Ergo sola operatio virtualiter transiens, proxime fundat ubicationem Angeli in loco connaturali.*

Potest etiam suaderi conclusio alia ratione ex doctrina 30 D. Thomae desumpta. Ratio formalis proxime fundans ubicationem Angeli, five causaliter illi tribuens esse in loco connaturali, debet esse ita elevata & eminentis, ut ratione illius possit Angelus quando voluerit se ab omni loco absolvere: Sed hoc solum potest convenire operationi Angeli, non vero ejus substantiae: Ergo ratio formalis proxime fundans ubicationem Angeli, five causaliter illi tribuens esse in loco connaturali, non est substantia Angeli; sed solum ejus operatio virtualiter transiens. Minor est certa: Illud enim quod ita tribuit Angelo esse in loco, ut simul sit ratio ipsum absolventi ab omni loco, quando voluerit, debet esse aliquid liberum, & talis natura, quod possit adesse vel abesse ad Angelo, quando voluerit: substantia autem Angeli est aliquid omnino necessarium,



nec potest Angelus ea spoliari, quando voluerit; e contra vero operatio virtualiter transiens, liberare ei conuenit, & potest cum voluerit illam suspendere, vel omnino ab ea cessare. Ergo &c. Major autem, in qua est difficultas, & quae ab Adversariis negatur, sic potest suaderi. Angelus potest seipsum formalis illi tribuens esse in loco conaturali, debet esse ita elevata & eminens, ut possit etiam illi esse ratio absolventi se ab omni loco. Consequenter patet, Antecedens vero ostenditur primo ex D. Thoma loc. supra cit. ex 1. sent. art. 1. ad 4. ubi ait: Non repugnat inueniens, quod Angelus sine loco possit esse & non in loco, quando nullam operationem circa locum habet. Et qu. 2. de potentia art. 19. ad 2. Nihil prohibet (inquit) Angelos non esse in loco si voluerint. Videri etiam potest quodlibet. 6. art. 3. ubi idem expresse docet.

Præterea idem Antecedens ratione suadet. Perfectissima forma substantialis, scilicet anima rationalis, hoc ipso quod perfectissima non obligatur corpori, sed potest ab illo absolvi, ab eoque separata existere; & cum illi unitor, minime illi subordinatur, sed potius illud sibi subdit & subordinat. Ergo similiter localia perfectissima, qualia sunt intelligentia, non subordinantur, etiam in ratione localibus, loco corporeo, sed potius cum illi coniunguntur, eam sibi subijciunt & subordinant. Consequenter probatur: quia major est comexio formæ cum materia, quam rei localibus cum loco: Ergo si perfectissima forma possit penitus a materia absolvi, nec illi subordinari, cum eam informat, multo fortiori ratione perfectissima res localibus poterit absolvi ab omni loco, nec subordinabitur loco, cum illi applicabitur, sed potius illi sibi subijciat ac subordinabit.

Tertio Antecedens principale ostenditur. Angeli ante mundum corporum a Deo creati poterant, immo illos ante mundi corporum machinam a Deo fuisse conditos, docent plures ex Patribus Græcis, quos disput. 1. retulimus: Sed tunc nullus fuisse locus corporeo: Ergo Angeli possunt ab omni loco corporeo absolvi, esseque in rerum natura, & tamen nullibi exillere, ut magis ex solutione argumentorum patet.

31 Denique probari potest conclusio ratione quam insinuat S. Thomas hic art. 1. in corp. ubi ait: Substantia incorporea sua virtute contingit rem corpoream, continet ipsam, & non continetur ab ea: anima enim est in corpore ut continens, & non ut contenta. Et similiter Angelus dicitur esse in loco corporeo, non ut contentus, sed ut continens aliquo modo. Unde quod de anima dicit Gregorius Nissenus in libro de anima: Neque in corpore est ut in vase, sed corpus potius in ea (ut in continente) scilicet & movente, qui est unus ex modis efficiendi in alio assignatis ab Aristotele 4. phys. cap. 3. dicit etiam potest de Angelo, cuiuslibet corpori unito: illum scilicet esse in loco, non ut contentum, sed ut continentem locum. Ex qua doctrina hoc potest argumentum conici. Angelus non est in loco conaturali, ut ab eo contentus, sed potius ut illum continens: At si esset in illo per suam substantiam, non vero per operationem, esset in illo ut contentus, non ut continens; nam continere dicitur locum, non formaliter, ut materialiter, sed effective: Ergo Angelus non est in loco per suam substantiam, sed dumtaxat per suam operationem.

32 Dico ultimo: Ratio formalis proxime fundans ubicationem Angeli in loco violento, est passio ex parte Angeli se tenens, qui scilicet ab aliquo agente patitur, & ita alligatur ut non permittatur ipsum alibi operari.

Probatur: Quilibet contactus rei localis & loci, est ratio formalis proxime fundans ubicationem: unde sicut ubicatio Angeli in loco conaturali, fundatur in contactu activo, quo Angelus per actionem transeuntem aliquid corpus effective contingit, illudque active continet, & sibi subijcit ac subordinat, ut ante declaratum est; ita ejus ubicatio in loco præternaturali & violento, fundari debet in contactu passivo, quo Angelus ab aliquo agente corporeo patitur, vel ita ab illo ligatur, & detinetur, ut impediatur ne possit operari ubi vult, & secundum quod vult. Unde Cajetanus hic art. 3. ait Angelos naturaliter locari in loco per operationem, Demones vero per pati potius quam per agere. Sed de hoc plenius agemus infra disp. 13. art. 2. tractando de pœna demonum.

33 Advertendum tamen est, me ex industria dixisse rationem formalem proxime fundantem ubicationem Angeli in loco violento, esse passionem, qua Angelus ab aliquo agente corporeo ita patitur, ut ab illo ligetur & impediatur ne possit operari ubi vult: quia sola passio Angeli, a loco corporeo, non est sufficiens ad hunc effectum, sed illa solum qua talis est conditionis, ut ratione illius Angelus ita ligetur, ut non permittatur ipsum alibi operari. Unde licet Demones, etiam dum in isto aere existant, aliquid patiantur ab igne inferni, non dicantur tamen in inferno tanquam in loco exillere, quia talis ignis permittit ipsos operari in aere, & extra infernum, usque ad diem iudicii.

34 Præterea observandum est, quod licet animæ puerorum sine baptismo mortuorum, per passionem seu passivam al-

ligationem in lybo existant, hæc tamen passio, seu passiva alligatio, non habet in illis rationem pœnæ sensus: quia cum non apprehendant illum locum, nec illam detentionem, ut sibi disconuenientem, est illa non tristatur, nec ei relucant; quod tamen necessarium esset, ut prædicta detentio & alligatio rationem pœnæ sensus haberet: propter quod etiam, licet dicantur ibi exillere tanquam in loco præternaturali, non tamen tamquam in loco violento.

§. V.

Expeditur difficultas, qua contra Divi Thomae sententiam proponi solent.

Contra sententiam paragraphi præcedenti expostam, variis modis insurgunt Adversarii. Primo argumentantur a priori: quia Angelus antecedenter ad operationem est in loco. Secundo aliquibus exemplis, quibus ostenditur Angelos aliquando esse in loco, sine operatione transeunte. Tertio ab inconvenientibus. Quas omnes difficultates & objectiones D. Thomas prævidit ac resolvit, ut ex dicendis patet.

Primum ergo Adversariorum fundamentum sic proponitur. Prius est Angelum esse in loco corporeo, quam in cooperari: Ergo operatio virtualiter transiens non potest esse ratio formalis proxime & immediate fundans ubicationem, seu præsentiam Angeli in loco corporeo. Consequenter est manifesta, Antecedens probatur. Primo, prius est Angelum esse, quam operari: Ergo similiter prius est esse in loco, quam operari in loco. Secundo, Approximatio seu applicatio agentis ad passum est conditio necessaria prærequisita ad operandum circa illud, ut docent Philosophi 7. Physic. Tertio probatur ex Scriptura & SS. Patribus; qui docent Angelos accedere ad corpora, vel ad spiritus, ut in circa res ejusmodi operantur: nam Danielis 10. Gabriel Angelus dicit: *Michael venit mihi in adiutorium*, scilicet ad Hebræos liberandos a servitute. Et Zachar. 2. ut duo Angeli possent invicem loqui, accessit unus ad alium. Item Matth. 4. dicitur: *Angeli accesserunt ei* (scilicet Christo) & ministrabant ei. Denique Damascenus 1. de fide cap. 17. sic habet: *Quia Angelus prompte ac celeriter transiit, ideo in diversis locis operari dicitur: Ergo ille transiit ad diversa loca procedens est, & dat Angelis conditionem prærequisitam ut possint operari.*

Respondet D. Thomas quodlib. 1. art. 4. idem argumentum sibi opponere. Sic enim ait: *Videtur quod Angelus non sit in loco secundam operationem tantum. Prius est enim esse, quam operari: Ergo prius est esse in loco, quam operari in loco: Sed posterius non est causa prioris: Ergo operari in loco, non est causa, quare Angelus sit in loco.* En ipsissimum Adversariorum fundamentum, cui Sanctus Doctor sic respondet: *Ad primum dicendum quod nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter, quod non est prius quantum ad hoc: sicut corpus subiectum est simpliciter prius superficie, sed non quantum ad hoc quod est colorari; & similiter prius simpliciter est corpus quam tactus, tamen ipsum est in loco per actum dimensionis quantitatis; & similiter Angeli per contactum virtutis. Quem cum expendens Capreolus in 2. dist. 2. q. 1. art. 3. ad 1. contra 1. ait: *Ex hoc apparet, quod sicut prius est corpus esse quam tangere, tamen posterius est corpus esse in loco, quam corpus tangere locum: ita in proposito prius est Angelum esse, quam operari; tamen posterius est Angelum esse in loco, quam operari in loco.**

Eandem doctrinam sicut exposit Cajetanus hic art. 1. & supra qu. 8. art. 1. ubi recte observat in re locata tria esse: v. g. in corpore est substantia que locatur, quantitas que est ratio locandi, & relatio presentia, que requirit ad illa duo tanquam ad proprium fundamentum. In Angelo similiter est substantia; que est præsens ut quod: contactus virtutis, qui est præsens ut quo; & ipsa relatio presentia, confurgens ex illis duobus; quam relationem quidam volunt esse distinctam ab alia quam habet idem Angelus ad corpus, scilicet agens ad passum; licet Cajetanus probabiliter sentiat eam non esse distinctam. Hæc ergo tria possunt diversimode considerari, & juxta diversas considerationes habere rationem prioris & posterioris: nam si considerentur ut sunt entitates quedam existentes in rerum natura, sic prior est in Angelo substantia quam operatio, & operatio prior quam relatio; sicut etiam in corpore prior est ipsa substantia, quam quantitas & relatio. Si vero considerentur, non absolute ut entitates sunt, seu ut rationes existendi in rerum natura simpliciter, sed prout rationes efficiendi in loco: sic quemadmodum in rebus corporeis prior est quantitas quam substantia, & deinde sequitur ipsa relatio; ita in rebus spiritualibus prior est ipsa operatio quam substantia Angeli; ad quas tanquam ad subiectum & rationem fundandam resultat relatio presentia. Unde ad argumentum in forma respondeo, negando Antecedens: ad cuius primam probationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est, quia Angelum esse simpliciter & absolute, non est effectus forma-

§. VI.

Secundum Adversariorum fundamentum diluuntur, & solvantur argumenta ex aliquibus exemplis desumpta.

formalis operationis, bene tamen Angelum esse in loco: unde cum omnis causa sit prior saltem natura suo effectui, prius natura est Angelum operari circa aliquid corpus, quam fieri illi presentem localiter; licet hæc duo simul existant, similitate temporis & durationis, ut infra magis exponemus.

38 Ad secundam probationem Antecedentis dicendum est, quod licet in agentibus corporeis approximatio agentis ad passum sit conditio prærequisita ad operationem; quia nimirum agunt per virtutem subiectam in quantitate, atque adeo ab illa dependentem, & a loco, cui omnino commenturatur: in agentibus tamen spiritualibus, nempe Deo & Angelis, quorum virtus operativa, sive quantitas virtutis, non subijciatur in quantitate, nec proinde commenturatur loco; approximatio non est conditio antecedens operationem, sed in eodem instanti concomitans illam: immo talis approximatio, unio, & presentia spiritus ad locum, est ipsamet operatio Angelica in locum, adeo ut Angelus operando in corpus, ipsi approximetur, unitor, applicetur, & ipsum tangat: sicut anima nostra informando corpus, illi approximatur, unitor, & illud tangit; & sicut si quantitas in nobis esset activa, operando & agendo tangeret, & sibi uniret aliud corpus.

39 Dices: Quando agens spirituale est finita virtutis, operatur per actionem educivam forme de subiecto: Ergo debet prius esse conjunctum subiecto, quam circa illud operetur. Consequenter patet: nam actio educiva egreditur ab agente ut conjuncto subiecto in quod agit, & dependet ab iplo: Ergo prius est, agens actione educiva esse conjunctum subiecto, quam in illud operari.

40 Respondeo verum esse, agens spirituale finita virtutis operari semper per actionem educivam, quia virtus finita non potest attingere totam rei entitatem; non esse tamen necessarium, ut prius simpliciter quam operetur, sit conjunctum subiecto, sed sufficere quod ipse conjungatur per ipsamet operationem; & que habet duo munera in adequata, scilicet conjungere agens subiecto, & in eo causare effectum; ita ut unum fit prius alio, in diverso genere causæ: nam in genere causæ materialis prius est agens conjungi subiecto, per operationem, quam in eo producere effectum; & contra vero in genere causæ efficientis prius est operatio causare effectum, quam conjungere agens passio. Sicut prius est in genere causæ efficientis formam introduci in materiam a generante, quam accidentia ab ea conaturaliter emanare; & contra vero in genere causæ materialis prius est accidentia recipi in materia, & eam disponere ad introductionem forme a qua dimanant: quæ formam introduci, ut docent nostri Thomiste in libro de generatione.

41 Ex quo patet solutio ad tertiam probationem: nam quando Scriptura & SS. Patres dicunt Angelos vel spiritus accedere ad corpora ut circa illa operentur, solamintendunt declarare munus illud in adequatum, quo prius natura in genere causæ materialis Angelus conjungitur subiecto per operationem, quam per illam in eo producat effectum. Vel per accessum & approximationem Angelorum ad corpora, ut circa illa operentur, significatur presentia quedam inchoativa & incompleta, quam habet Angelus quando incipit se ordinare ad aliquem locum, ut ibi operetur: quam presentiam Cajetanus hic art. 1. appellat *presentiam ordinis*; docetque tres præcipuas conditiones ad illam requiri, nempe iudicium practicum de operatione nunc vel tali tempore ab iplo Angelo exercenda; electionem illius operationis, & expeditionem potentia executiva: oportet enim quod talis potentia non ligetur virtute aliqua superiori, aut in aliquo alio opere non occupetur. His suppositis conditionibus, docet Cajetanus Angelum fieri presentem loco inchoative & incompleta, seu in actu primo, prius natura quam operetur, & per ipsam operationem complete & in actu secundo.

42 Denique cum Scriptura dicit, quod Angeli accesserunt ad Christum, ut ei ministrarent; quod ingressus est Angelus Gabriel ad Mariam, & similia; hæc debent intelligi de accessu & ingressu Angelorum, qui fit per motum localem continuum aut discretum, quique in diversis eorum operationibus sibi invicem succedentibus, & circa diversa loca elicitis, consistit, ut disputatione sequenti dicemus. Et ideo Damascenus supra relatus ait: *Quia Angelus prompte & cito pervenit, in variis locis operari dicitur.* Unde solum docet operationem esse rationem formalem, quare Angelus in loco existat, dum ait: *Angelus in loco esse dicitur, propterea quod ibi operatur:* nam particula illa, *propterea*, causalis est, ac proinde causam cur Angelus in loco existat, aperte significat. Idem docet Gregorius Nissenus relatus a D. Thoma in 1. dist. 37. qu. 3. art. 1. quamvis errore Typographi, loco Nisseni, positus sit Nazianzenus. Unde opusc. 13. cap. 13. eundem locum ex Nisseno, non ex Nazianzeno referet.

Secundo argunt Adversarii ex aliquibus exemplis quibus ostendunt Angelos posse esse in locis, in qua nullam habent operationem transeuntem, de qua solum est disputatio. Primo, inquit, omnes Angeli creati sunt in celo Empyreo, ut disp. 1. ostendimus, & in eo adhuc perseverant beati; & tamen nihil in eo operantur actione transeunte; quia Angeli nihil possunt operari in corpora, nisi per motum localem, ut colligitur ex S. Thoma infra q. 110. art. 3. celum autem Empyreum non potest moveri ab Angelis motu locali, cum fit corpus immobile. Dicere autem quod Angelos actionem aliquam transeuntem nobis cum suo termino occultam in illud exerceant, ut Ferrariensis & quidam alii Thomiste videntur asserere, est, inquit, ad humana ignorantia aylum confugere, & difficultatem fugere, non solvere: nam si valet hæc responsio, quævis alia argumenta per ignorantiam solutionis solvi possent. Unde Alarcon (ut supra vidimus) risu quodam illam excipit, & tamquam absurdam ac ridiculam fugillat & spernit.

Secundum exemplum est de Demonibus, qui igne tartareo alligati, & ut loquitur Scriptura 2. Petri 2. *radentibus inferni devincti*, in abyflo seu locis intimis detinentur: Atque ibi non agunt in flammis inferorum; immo contra ab illis patiuntur: Ergo Angeli existunt in locis, in quibus, vel in qua, nullam actionem transeuntem eliciunt.

Aliud exemplum ex Scriptura defumitur. Dicitur enim Tobie 8. quod Asmodeus Demon ab Angelo Raphaela religatus est in deserto superioris Ægypti: non scilicet ubi rei nocere posset actione sua & operatione transeunte, quia illi spiritus in se maligni, sunt in loca malefica, in quibus possunt: At Asmodeus in locum illum, in quo divinitus detinebatur, nullam actionem transeuntem exercebat, nec illud desertum movebat localiter, immo seipsum localiter movere non poterat: Ergo idem quod prius.

Alia instantia fieri potest de animabus Patrum in veteri Testamento, quæ descendebant in Lybham, tanquam in locum suum, eoque descendebant per Angelos, ut de anima Lazari dicitur Luca 16. & tamen dici non potest esse aliqua actione transeunte egisse in locum Lybham, in quo usque ad adventum Christi detenta fuit. Eadem difficultas procedit de animabus puerorum sine baptismo mortuorum, quæ in Lybo tanquam in carcere perpetuo tenebantur; & tamen nulla potest fingi actio transiens, quam in illum per totam æternitatem efficiant.

Ultima denique instantia est. Ex Scriptura constat Angelos cultores ordinarie presentes esse iis qui eorum cura sunt commissa, eoque ubique comitari: Sed incredibile videtur, Angelos continua actione non interrupta, erga clientes agere: Ergo localis eorum presentia non fundatur in operatione virtualiter transeunte.

Hæc tamen instantia ex fundamentis supra statuta facile dilui possunt. Ad primam enim, quæ de bonis Angelis in celo Empyreo existentibus procedit, in primis dico illam posse retorqueri contra Vasquez & Alarcon, qui (ut supra vidimus) docent Angelos esse presentes loco, per modum aliquem unionis ad corpus, eorum substantie superadditum, & per liberam Angeli voluntatem productum. Ridiculum enim & absurdum videtur, quod Angeli per totam æternitatem occupentur in producendo modo aliquo unionis cum celo Empyreo; ita quod si unico momento ab illa occupatione, & modi illius productione desisterent, statim ex Empyreo caderent, nec eorum amplius in celo locus inveniretur.

Addo quod, cum productio illius modi fit aliqua actio virtualiter transiens, ut supra ostendimus illi Auctores negare non possunt, bonos Angelos habere, & per totam æternitatem habituros actionem aliquam transeuntem in celum Empyreum. Unde dam Alarcon ut ridiculam fugillat Thomistarum sententiam, & suam, ac seipsum, risu Theologorum exponit, juxta illud commune adagium: *Invisores irridentur*: Hoc præmissis,

Respondeo Angelos habere aliquam operationem circa celum Empyreum, quamvis ad hujusmodi operationis plenam notitiam pertingere non possimus. Nec debet hoc esse mirum: primo, quia ut ait D. Thomas in 4. dist. 45. quæst. 1. ad 1. incorporea sunt in loco, modo specialia qui non est nobis plene manifestus: secundo, quia non cognoscimus celum Empyreum esse, & in eo residere Beatos, nisi discursu Theologico. Et hoc tantum voluit Ferrariensis 3. contra Gentes cap. 68. cum dixit: *Non oportet sollicitari qua operatione agat in celum Empyreum Angelus: quia sicut nobis non plene cognita est natura Angelica, neque cali Empyreæ natura, ita nec nobis nota sunt omnes operationes, quibus potest aliquid in celo Empyreæ & in corporibus operari.* Unde Augustinus 2. de Trinit. cap. 10. de Angelorum miraculis & operationibus disputans, hæc ait:



ait: Nihil omnino utile est ut meminerim virtutum me-  
rum, strabique mess admodum, ut meminerim suarum, ne  
ultra quam eorum est, humana progreditur infirmitas: quem-  
admodum enim hic facient Angeli, vel potius quemadmodum  
Deus hoc faciat per Angelos suos, nec oculorum acie penetra-  
re, nec facias rationis enucleare, nec propeitu mentis com-  
prehendere valeo, ut tam certus loquar ad omnia, que ve-  
quiri de his rebus possunt, quam si essem Angelus, aut Pro-  
pheta, aut Apostolus.

50 Ceterum licet ignorantiam nostram fateamur, nec per-  
fesse aliqui possumus, quid sit hac operatio Angelica  
circa calum Empyreum; duo tamen de huiusmodi opera-  
tione dici possunt, rationi & doctrina D. Thomae valde  
conformia. Primum est, per illam produci aliquid lu-  
men, quo magis perficitur innatus splendor Empyre-  
i. Licet enim non possit Angelus immediate qualitates alte-  
rativas producere, v. g. calorem & frigus, sed solum ap-  
plicando activa passivis, bene tamen lucem, ut docet S.  
Thomas in 1. dist. 37. qu. 3. art. 1. ubi ait: Angelus est  
in loco, in quantum operatur circa aliquid corpus locatum,  
vel motum, vel lumen, vel aliud huiusmodi. Ratio etiam  
id fuit: nam lux est suprema omnium qualitatum cor-  
porearum, natura autem inferior in sui supremo attingit  
a natura superiori; quia, ut ait Dionysius 7. de di-  
v. nomin. & refert D. Thomas infra q. 110. art. 3. Sa-  
pientia divina conjungit fines primorum principii secundorum.  
Porro ex hac luce corpus illud caeleste maxime decorat-  
ur: oratur: si enim de Beatis dicitur Apocal. 21. Af-  
ferent gloriam suam & honorem in illam (scilicet civitatem  
caelestem) multo magis Angeli, luce sua specialiter, civita-  
tem illam gloriosissimam efficiunt. Et in hoc sensu intel-  
ligendum puto quod docent Capreolus & alii ex Thomis-  
tis, videlicet Angelos beatos in caelo Empyreico ornatum  
quemdam producere: ille enim ornatu non est aliud quam  
lux illa producta ab Angelis in Empyreico, qua, ut dixi,  
innatus eius splendor magis perficitur, & corpus illud cae-  
leste, mirum in modum ornatu, ac decoratur.

51 Nec dicas cum Suarez, quod substantia perfectissima,  
quale est calum Empyreum, debuit a suo conditore cum  
tota perfectione sibi debita procedere; subindeque omne  
lumen ei debitum ipsi ex vi sue creationis communicari.  
Respondetur enim, substantiam perfectissimam non de-  
bita procedere a suo conditore, nisi cum perfectione sibi  
debita in suo ordine, & ratione cuius ita in se completa  
est, ut non indigeat subordinari alteri ejusdem ordinis &  
per eam compleri: non esse tamen contra rationem sub-  
stantia perfectissima create, quod indigeat subordinari  
causae superiori, & ab ea compleri. Sic quamvis Angeli  
inferiores perfecti sint; indigent tamen illuminari a supe-  
rioribus, & universis; quamvis sublimaria per suas  
naturales facultates sint in suo ordine completa ad op-  
erandum, nunquam tamen possunt in actu exire, nisi  
eorum virtus per calorum influxum confortaretur & ju-  
varetur, ut docet D. Thom. 1. 2. qu. 109. art. 1.

Nec dicas rursum: Quod si calum Empyreum tanta lu-  
ce & splendore esset ornatu, emitteret ad nos radios,  
& videretur a nobis, sicut & alia corpora caelestia. Res-  
ponderet enim cum S. Thomae infra qu. 66. art. 4. negando  
sequelam: Quia, inquit, calum Empyreum non habet lu-  
cem condensatam, ne radios emittat sicut corpus Solis, sed  
magis subtilis: vel habet claritatem gloriæ, qua non est con-  
formis cum claritate naturali.

52 Pro solutione aliarum instantiarum, que contra hanc  
responsionem fieri possent, Advertendum est, quod licet  
influxus talis luminis in Empyreum sit invariabilis ex  
parte Empyreici recipientis, non tamen ex parte Angelo-  
rum influentium: quia dum aliqui a caelo illo recedunt,  
alii suppleunt influxum eorum, & virtutem suam exten-  
dunt ad illum Empyreum partem cui illi præsedebant, ipsi-  
que revertentibus eam retrahunt, ut suis illis restitua-  
tur locus.

53 Secundum quod de prædicta Angelorum in calum Em-  
pyreum operatione probabiliter dici potest, sumitur ex  
doctrina S. Thomae infra qu. 66. artic. 3. ad 2. & quod-  
lib. 6. art. 19. ubi docet calum Empyreum influere perpetuam  
& stabilitatem convenientem motibus corpo-  
rum inferiorum: sicut (inquit qu. 66. citata) suprema An-  
geli qui assidue, habent influentiam super medios & ul-  
timos qui mutantur, quantum ipsi non mutantur, secundum  
Dionysium cap. 8. caelest. Hieron. Ita calum Empyreum habet  
influentiam super corpora que moventur, licet ipsum non mo-  
ventur. Et propter hoc patet hæc, quod insunt in primum  
calum quod moventur, non aliquid transiens & adventiens per  
motum, sed aliquid fixum & stabile: puta virtutem conti-  
nendi & cassandi, vel aliquid huiusmodi ad dignitatem per-  
tinentem. Angeli ergo existentes in Empyreico, influunt in  
illud virtutem, qua prædictum calum juvetur ad influen-  
dam hanc perpetuitatem & stabilitatem, & ex conjun-  
ctione ad influxum Angelicum reddatur efficacius. Nam  
ut idem Sanctus Doctor quolibeto citato discurrebat: Te-  
rum universum est unum unitate ordinis, ut patet per Phi-  
losofum 12. Metaph. Ita autem unitas ordinis attenditur

secundum quod ordinem quodam reguntur corporalia per spiri-  
talia, & inferiora corpora per superiora, ut Augustinus di-  
cit in 3. de Trinitate. Unde sicut hæc unitas ordinis, sine  
nullo influxu Empyreici in corpora inferiora salvari  
nequit, ita nec sine aliquo influxu & actione Angelo-  
rum in calum Empyreum.

Addo cum illustissimo D. de Marinis, Avenionensi Ar-  
chiepiscopo, in Commentariis ad qu. 5a. D. Thomae art. 1.  
cap. 3. Quod forte, sicut infernus locus Damones, quia ut in-  
strumentum divina virtutis agit in illos, eos detinendo; un-  
de resultat in illis passio dolorosa: sic calum Empyreum, ut  
instrumentum divina virtutis, suavitè detinet spiritum, ex  
qua detentione, & quasi amplexu, resultat in eis passio laeti-  
tia, & gaudii accidentalis.

54 Quod diximus de Angelis, idem cum proportionem de  
animabus Beatis in Empyreico existentibus sentiendum est:  
cum enim ille in separationis statu se habeat sicut puri  
spiritus, & ad modum spiritus operentur, atque species  
influxus ad intelligendum recipient, sicut Angeli; ille etiam,  
vel virtute naturali, vel mediante virtute equalita-  
tum gloriæ, ad producendam lucem in Empyreico, vel ad  
juvandam prædictam illius in corpora inferiora influxum,  
non minus quam Angeli possunt concurrere. Possunt etiam  
in illo statu moveri localiter, ut patet de anima  
Christi, quam de fide certum est descendisse ad inferos,  
& iterum ascendisse ad sepulchrum. Utrum autem id pos-  
sint anime Beate virtute naturali, vel solum virtute equalita-  
tum gloriæ, disputant Theologi, aliis affirmantibus,  
aliis negantibus id posse virtute naturali; affirmque aperte  
favere videtur D. Thomas infra qu. 117. art. 4. ubi ait:  
Anima separata sua naturali virtute non potest movere ali-  
quod corpus. Quod etiam repetit in responsione ad 1. di-  
cens: Cum anima secundum suam naturam determinetur ad  
movendum corpus cuius est forma, nullum aliud corpus sua  
naturali virtute movere potest. Quamvis Joannes a S. Tho-  
ma hic disp. 20. art. 2. hæc testimonio conetur exponere,  
asserens quod quando S. Doctor negat animabus separatis  
vim loco motivam, loquitur de illis in ratione forma-  
rum, non vero in quantum operantur ut spiritus in  
vi status separationis: unde ibidem ait, animas posse ha-  
bere contactum virtualem ad corpora que non informant,  
& movere ea, ac se movere per contactum & assistentiam  
ad illa; licet multo inferiori vi vis motiva natu-  
ralis in anima, quam in Angelo. Idque probat ex eo  
quod naturaliter possunt anime separatae vellet mutare lo-  
ca: nam anime que sunt in purgatorio, desiderant esse  
in caelo: fructus autem daret illis natura appetitum, seu  
voluntatem mutandi loca, si eas potentia motiva talis vo-  
luntatis executiva privaret. Utramque prohiberi susti-  
neri potest, licet pars negativa menti D. Thomae videat-  
ur conformior.

56 Ad alia exempla adducta (de Dæmonibus scilicet in  
inferno existentibus; de Alimodeo in deserto superioris  
Ægypti a Raphaelo ligato; de animabus Patrum veteris  
Testamenti, & paucorum sine baptismo mortuorum, in  
Lybno detentis) patet solutio ex supra dictis. Illi enim  
spiritus ibi tamquam in loco connaturali non existunt,  
sed tamquam in loco violento, aut præternaturali: quan-  
do autem dicimus Angelos, vel animas separatas, per  
operationem transeuntem in loco exiliter, loquimur de  
loco connaturali, non autem de violento, aut præternatu-  
rali: ostendimus enim in ultima conclusione, rationem  
formalem talis ubicationis & præsentie esse passionem, seu  
passivam alligationem, qua spiritus ita detinentur & ali-  
gantur, ut non permittantur alibi operari. Neque hoc  
est mutare rationes formales existendi in loco, sed pro-  
portionate assignare illas: sicut corpus Christi naturaliter  
existit in loco per extensionem quantitatis, supernaturaliter  
vero, & modo spirituali ac indivisibili, per conversionem  
sacramentalem.

Addo, quod spiritus alligati corpori, forte non ita ali-  
gantur, quod priventur omni actione in ipsum, ita ut  
pure existant per passionem, sed aliquid permittuntur  
operari, plus vel minus, prout fuerit strictior vel mi-  
nus stricta alligatio, per quam corpus, ut instrumentum  
Dei, impedit & coercet virtutem operativam Angelis, sic-  
que causat in illo majorem vel minorem penam. Ita  
Ferrariensis 3. contra Gent. cap. 86. ad 1. dicens: Ali-  
quid in ignem agunt, aut motum, aut aliquid aliud nobis  
ignotum.

57 Ad illud quod additur de Angelis custodibus, respon-  
deo illos circa nos semper operari aliquo pacto, vel conti-  
nuando imaginationem, vel suggerendo bonas cogitationes,  
vel impediendo nociva: sicut enim infinita propemodum  
sunt pericula, que nos latent: ita & fere infinita & quasi  
continua sunt actiones, quas Angeli boni circa nos exercent.  
Quando vero nihil circa nos operantur, tunc solum  
circa nos habent præsentiam illam ordinis, quam supra  
ex Cajetano exposuimus, ut satis aperte docere videtur  
D. Thom. infra qu. 117. art. 6. ad 3. dicens: Angeli licet  
interdum derelinquant hominem loco, non tamen derelinquant eum,  
quantum ad effectum custodia: quia etiam cum est in celo,

cognoscit quid circa hominem agatur, nec indiget mora tem-  
poris ad motum localem, sed statim potest adesse.

§. VII.

Convelluntur alia fundamenta adversæ sententiæ.

58 Tertio argunt Adversarii: Si Angelus per operatio-  
nem transeuntem in loco exilat, sequitur quod si  
cesset ab omni operatione externa, velutque solum con-  
templari, nullibi erit: Sed hoc videtur inconveniens: Er-  
go & illud. Sequela Majoris patet: sublata enim ratione  
formali, tollitur effectus formalis. Minorem autem probant:  
Primo quia substantia Angeli actu existens, nec tamen  
operans ad extra, finita est & limitata: Sed quod  
habet esse finitum & limitatum, existitque in rerum natu-  
ra, alicubi seu in aliquo determinato loco existit; non  
enim potest esse ubique, cum immensitas sit attributum soli  
Deo ratione infinitatis conveniens: Ergo substantia An-  
geli, etiam non operans ad extra, alicubi existit. Se-  
cundo probant eandem Minorem: quia substantia mate-  
rialis, ablata quantitate, remaneret adhuc in loco: Ergo  
& substantia Angeli, cessante omni operatione ad extra.  
Consequenter patet, ex paritate rationis. Antecedens probat-  
ur a Suarez & Molina: nam si Deus ab aqua existi-  
tente in vase auferret quantitatem, tunc substantia illa  
aque remaneret in eodem loco, scilicet intra illud vas;  
cum enim remaneret in rerum natura & non esset extra  
prædictum vas, deberet utique esse intra illud.

59 Addunt quod si semel ablata quantitate ab aqua existi-  
tente in vase, Deus postea, suspendendo illud miracu-  
lum, aquam illam sita natura relinquere, quantitas ex  
aque illius substantia intra vas ipsum de novo resulat-  
ret: quod signum est aque substantiam ibidem remanere  
se; alioquin non esset ratio cur potius intra vas, quam  
alibi, prædicta quantitas resularet.

60 Respondeo D. Thom. in dist. 37. qu. 3. art. 1. idem om-  
nino argumentum sibi opponere. Sibi enim obicit quarto  
loco: Si per operationem conveniens sibi (id est Angelo) esse  
in loco, non nisi in quantum operatur circa locum aliquem:  
Sed Angeli non operantur semper circa corporalia: Ergo ali-  
quando non alicubi essent. Nec ubique sunt, quia hoc Dei  
proprium est: Ergo nullum sunt, quod videtur absurdum.  
Cui argumento sic respondet: Ad quartum dicendum, quod  
hoc non oportet inconveniens, quod Angeli sine loco possent esse  
& non in loco, quando nullam operationem circa locum habent:  
Sed Angeli non operantur semper circa corporalia: Ergo ali-  
quando non alicubi essent. Nec ubique sunt, quia hoc Dei  
proprium est: Ergo nullum sunt, quod videtur absurdum.  
Cui argumento sic respondet: Ad quartum dicendum, quod  
hoc non oportet inconveniens, quod Angeli sine loco possent esse  
& non in loco, quando nullam operationem circa locum habent:  
Sed Angeli non operantur semper circa corporalia: Ergo ali-  
quando non alicubi essent. Nec ubique sunt, quia hoc Dei  
proprium est: Ergo nullum sunt, quod videtur absurdum.

61 Respondeo D. Thom. in dist. 37. qu. 3. art. 1. idem om-  
nino argumentum sibi opponere. Sibi enim obicit quarto  
loco: Si per operationem conveniens sibi (id est Angelo) esse  
in loco, non nisi in quantum operatur circa locum aliquem:  
Sed Angeli non operantur semper circa corporalia: Ergo ali-  
quando non alicubi essent. Nec ubique sunt, quia hoc Dei  
proprium est: Ergo nullum sunt, quod videtur absurdum.  
Cui argumento sic respondet: Ad quartum dicendum, quod  
hoc non oportet inconveniens, quod Angeli sine loco possent esse  
& non in loco, quando nullam operationem circa locum habent:  
Sed Angeli non operantur semper circa corporalia: Ergo ali-  
quando non alicubi essent. Nec ubique sunt, quia hoc Dei  
proprium est: Ergo nullum sunt, quod videtur absurdum.

62 Ad secundam probationem, nego Antecedens: ad cu-  
jus probationem, nego quod ablata quantitate ab aqua  
intra vas existente, substantia aque ibidem remaneret: in  
eo liquidum eventum, licet aqua illa esset in universo,  
ut pars in toto, cum aptitudine existendi in loco, nulli-  
bi tamen tamquam in loco remaneret; subindeque nec de  
illa verificaretur, quod esset ab extra intra vas, vel extra  
illud, sed solum quod esset in potentia radicali & remota  
ad existendum in vase, aut extra illud.

63 Ad illud quod subjungitur, dico quod licet ablata di-  
vinitus quantitate aqua intra vas aliquid existentis, si  
Deus postea relinquere aquam illam sita natura, tunc  
resularet ex substantia illius nova quantitas intra vas,  
hoc tamen non ideo contingeret, quia dum aqua illa existi-  
ret sine quantitate, esset in vase tamquam in loco, sed  
ex eo præcise quod sita natura relicta, exigeret recupera-  
re priorem quantitatem, & consequenter præsentiam &  
ubicationem ad locum illum quem antea replebat.

Instat Molina, dicens se non posse capere quomodo  
aqua illa, sublata quantitate, remaneret in rerum natu-  
ra, & tamen non esset alicubi: sicut nec quomodo Ange-  
lus subrahens applicationem sue virtutis operative ad lo-  
cum, adhuc existeret in rerum natura, & tamen nullibi  
esset. Verum licet ista duo concipi non possint, sequen-  
do, sicut sequitur Molina, imaginis ductum, que conti-  
nuum non transeundit, si tamen Theologus, vel Philoso-  
phus, relicta imaginatione que in rebus seducit, sequatur  
rationem, tunc facile concipiet, quod sicut licet non  
sit imaginabile corpus, nisi sub aliqua figura, potest ta-  
men divinitus dari sine illa; ita, inquam, concipiet, quod  
dari possit aliqua substantia creata, que sit pars hujus  
universi, atque adeo in ipso exilat tamquam in suo to-  
to, & tamen defectu quantitatis, vel applicationis ipsius  
ad locum, non sit alicubi tamquam in loco.

64 Obicitur quarto: Si operatio Angeli virtualiter tran-  
sians in locum, esset illi ratio formalis essendi in loco,  
sequeretur Angelum; qui movet primam spheram, esset  
in tota illa sphaera tamquam in loco, utpote cum agat in  
totam illam: Consequens non debet admitti: Ergo nec  
Antecedens.

65 Respondeo negando sequelam: Non enim qualibet ope-  
ratio Angeli in locum corporeum est illi ratio formalis  
essendi in loco, sed illa tantum que est ab ipso immedia-  
te immediate suppositi; subindeque cum non agat im-  
mediate immediate suppositi in totam primam spheram,  
sed movendo unam partem immediate immediate sup-  
positi, moveat alias solum mediante ista, ac proinde im-  
mediate solum immediate virtutis; non est formaliter  
tamquam in loco nisi in una parte illius primi orbis; nempe  
in illa qua est in Oriente, vel in alia, que per mo-  
tum circulem illi succedit. Ita S. Thom. hic art. 2. ubi  
ait: Nec tamen oportet quod si aliquis Angelus moveret calum,  
quod sit ubique (seu in toto caelo) primo quidem, quia non  
applicatur virtus eius, nisi ad id quod primo ab ipso movetur.  
Una autem pars calis est in qua primo est motus, scilicet  
pars Orientalis. Unde etiam Philosophus in primo Physic.  
virtutem motus calorum attribuit parti Orientali. Ex quo  
intelligit, quod si Angelus moveret lapidem, ex cuius  
motu alia moveretur, non oporteret quod esset nisi ubi  
esset primum motum, ut ait idem S. Doctor in 1. dist. 37.  
qu. 3. art. 2. Similiter si Angelus moveret baculum pen-  
tingentem a terra usque in calum non esset in toto illo  
baculo, sed in ea tantum parte cui suam applicaret vir-  
tutem, vimque movendi seu impulsivam imprimeret.

66 Obicitur quinto: Quod est Angelo ratio formalis essen-  
di in loco, debet esse in ipso: At operatio transeuntem non  
est in Angelo, sed in corpore circa quod operatur, cum  
actio transeuntem non recipiatur in agente, sed in passivo:  
Ergo talis operatio non est Angelo relatio existendi in loco.

67 Respondeo concessa Majori, negando Minorem: Ad cu-  
jus probationem dico, actionem per quam Angelus ope-  
ratur ad extra, esse formaliter immanentem, & virtualiter  
solum transeuntem, ut infra patebit; ac proinde in  
ipso Angelo recipi, licet effectus per illum productus, in  
corpore circa quod Angelus agit recipiatur.

68 Obicitur ultimo quidam Recentiores in manuscriptis: Operari  
in aliquo loco, non est proprie in eo esse: Sol enim non est  
proprie in visceribus terre, sed tantum in caelo, licet in visceribus  
terre operetur; & secundum Di-  
vum Thomam 3. parte quest. 52. art. 2. anima Christi Do-  
mini vere & proprie descendit solum in Lybnum Pa-  
trum, non vero in infernum damnatorum, quia descendit  
ad Lybnum Patrum per suam realem præsentiam & sub-  
stantiam; ad infernum vero damnatorum per suos effectus  
tantum; Sed Angeli vere & proprie in locis corporeis  
existunt: Ergo in illis non sunt tantum præsentem per  
operationem.

69 Respondeo distinguendo Majorem: Operari in aliquo  
loco immediate immediate tantum virtutis, non est  
proprie in eo existere, concedo Majorem: Operari in ali-  
quo loco immediate, tam immediate suppositi, quam  
immediate virtutis, nego Majorem. Unde quia Sol non  
operatur in visceribus terre immediate per suam suppo-  
situm, sed tantum per virtutem a se diffusam, non est  
proprie in visceribus terre. Similiter anima Christi vere  
& proprie non fuit in inferno damnatorum; quia in eo  
non fuit immediate per suam suppositum, sed tantum per  
suos effectus. Quando autem dicimus Angelos existere in  
loco per operationem transeuntem, id intelligimus de ope-  
ratione transeunte, que exit ab Angelo immediate imma-  
diatione suppositi; non vero de illa que procedit ab illo  
immediate solum immediate virtutis, id est per virtu-  
tem a se diffusam & derivatam. Unde supra dicebamus,  
quod licet Angelus in tota prima sphaera motum localem  
efficiat, non tamen tota sphaera substantialiter præfens est,  
sed solum parti orientali, cui primo applicat suam virtu-  
tem, & in quam agit immediate non solum immediate  
virtutis, sed etiam immediate suppositi.

Præterea advertendum est, illos Auctores multum hal-  
lucinari, & laborare in æquivoquo, dum ista duo confundunt.



dunt: substantia Angeli in loco: Angelus est in loco per suam substantiam; haec enim valde diversa sunt. Nam haec proprium substantiam Angeli in loco existit, verissima est, & solum denotat substantiam Angeli presentem fieri loco, tamquam subiectum, seu rem quae est in loco, & moveri localiter; quod libenter concedimus, & nullus Thomistarum negavit. Illa vero: Angelus est in loco per suam substantiam, falsa est, & a Thomistis negatur: significat enim substantiam Angeli secundum se, ac intra propriam lineam consideratam, & ut prevenit operationem, esse rationem formalem, quae tribuit Angelo quod sit in loco, seu quae fundat immediate ubi Angelicum: quod a veritate & mente D. Thomae penitus esse alienum supra ostendimus. Solutio ad alias instantias, quae contra nostram sententiam fieri possent, patebit ex dicendis §. sequenti,

§. VIII.

Corollaria precedentis doctrinae.

- 70 EX dictis colliges primo, Angelum non esse proprie in loco, sed tantum metaphorice: Nam ut aliquid sit in loco proprie, non sufficit quod habeat realem praesentiam suae substantiae ad locum, (hanc enim habet Deus in omnibus locis, & anima rationalis in corpore, & corpus Christi in Eucharistia, & tamen non sunt in illis ut in loco proprie dicto) sed insuper requiritur, quod a loco circumscriptur & mensuretur. Unde ait S. Thom. in 4. dist. 10. qu. 1. art. 3. quaestione 1. Nihil per se & proprie loquendo est in loco, ut in loco, nisi quod loco circumscriptur. Et in 1. dist. 37. qu. 3. art. 1. ad 1. Locus (inquit) est nomen mensurae; unde esse in loco proprie, significatur ut esse in mensura. Sed Angelus in loco corporeo ratione operationis existens, ab eo non circumscriptur, nec mensuratur, ut patet; immo potius illum effectivè continet & mensurat, ut supra ex eodem S. Doctore ostendimus: Ergo licet ratione operationis virtualiter transiens, sit intime & substantialiter praesens loco corporeo, non est tamen in eo proprie tanquam in loco, sed improprie tantum & metaphorice.
- 71 Confirmatur: Angelus dicitur esse in loco, ex eo quod illum tangit: Sed illum non tangit contactu proprio, sed metaphorice, ut patet ex supra dictis: Ergo non est in loco proprie, sed tantum metaphorice, in quantum scilicet habet aliquid simile rei locali, nempe ut determinetur ad hunc locum, potius quam ad illum, ut ait S. Thom. loco citato, & infra magis declarabimus. Ex quo inferes, &
- 72 Colliges secundo, ubi Angelicum non esse propriam & predicamentalem, sed metaphoricam. Ubi enim consequitur ad locum, ejusque naturam sapit: Ergo si Angeli non sint in loco proprie, sed metaphorice, non habent ubi propriam & predicamentalem, sed metaphoricam tantum & improprie dictam.
- 73 Confirmatur: Ubi predicamentale, ex Gilberto Porrettano, est circumscriptio corporis a circumscriptioe loci proveniens: Sed Angeli non circumscriptur a loco: Ergo non habent ubi predicamentale, sed tantum metaphoricum. Unde ait S. Thomas, vel Auctor opusc. 48. tract. de predicamentis cap. 1. de predicamento, ubi de Angelis loquens: De istis non potest proprie dici esse in ubi: nam ea quae sunt in ubi, continentur in loco; sed hujusmodi magis continentur loco, quam continentur a loco: non ergo proprie sunt in ubi.
- 74 Confirmatur amplius: Illud solum pertinet ad predicamentum ubi, quod facit per se primo suum subiectum praesens praesentia loci, non autem quod dat per se primo aliud genus praesentiae, puta agentis ad passum, formae ad materiam, velis ad velitum, quamvis secundario & ex consequenti faciat etiam praesens loco. At ubi Angelicum non causat per se primo praesentiam loci, sed tantum ex consequenti; primario enim & directe facit praesentiam agentis ad passum: Ergo ubi Angelicum non pertinet ad predicamentum ubi. Major constat, quia effectus formalis ubi predicamentalis est facere rem praesentem loco: Ergo hoc ipsi convenit per se primo. Unde etiam praesentia & conjunctio animae ad corpus, non est ubi predicamentale: licet nequeat informare nisi in aliquo loco, & praesentia velis ad rem velitam, licet sine loco esse non possit, quia tamen per se primo non constituit rem in loco seu ubicatam, sed indutam, non ponitur in predicamento ubi. Minor etiam probatur: quia praesentia resultans aut quasi resultans ex contactu agentis ad passum, vel patientis ad agentem, est directe & per se primo praesentia agentis ad passum, vel contra; ex consequenti vero, quia tale passum vel agens est in loco, habet quod sit praesentia ad locum. Similiter praesentia quae resultat ex unione animae ad corpus, primario & directe est praesentia informans, secundario vero & ex consequenti, praesentia ubicalis: non quod tales praesentiae secundariae, sint vere & proprie praesentiae locales, & ubicales (jam enim qualibet earum ponitur in duobus predicamentis)

sed quia aliquam habent cum praesentia locali, & cum ubi predicamentali, similitudinem & analogiam, sequenti corollario exponendum.

Dices: Ratio substantiae est univoce communis substantiae spirituali & corporeae: Ergo ubi erit etiam commune univoce ubi circumscriptivo seu corporeo, & definitivo seu spirituali, subindeque utrumque in predicamento ubi ponetur: maxime quia non est assignabile aliud predicamentum, in quo directe possit collocari ubi Angelicum.

Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam & paritatem: quia ut aliquid pertineat directe ad predicamentum substantiae, sufficit quod componatur ex genere & differentia; hoc vero competit substantiae spirituali: ut autem aliquid directe ponatur in predicamento ubi, oportet quod resuletur ex circumscriptioe loci corporei (ut patet ex definitione seu descriptione ubi, a Gilberto tradita, & a Philosophis communiter recepta) & quod per se primo & directe faciat praesentiam in loco; haec autem non conveniunt ubi Angelico, ut patet ex dictis.

Ad illud quod additur dicendum est, quod cum praesentia Angeli ad locum nihil aliud sit quam ejus operatio, formaliter immanens, & virtualiter transiens, secundum quod exit ab Angelo immediate immediate suppositi, & dicit ordinem transcendentem ad locum, ut sequenti corollario declarabimus; ad illud predicamentum directe perinet, ad quod spectant actiones formaliter immanentes: illa autem in predicamento qualitas ponitur, ut docent nostri Thomistae in Philosophia. Ergo & ubi Angelicum.

Colliges tertio, ubi Angelicum non distingui realiter formaliter ab ipsa operatione Angeli, seu contactu virtutis Angelicae ad locum, sed esse ejusmodi operationem, secundum quod ab ipso Angelo immediate immediate tam suppositi quam virtutis procedit, dicitque ordinem aut quasi ordinem transcendentem ad locum.

Patet hoc corollarium ex precedenti; cum enim ubi Angelicum non sit predicamentale, sed metaphoricum, nihil aliud esse potest quam ipsa operatio Angeli, ut habet aliquam similitudinem & analogiam cum ubi corporeo, consistentem in eo quod sicut ubi corporeum & predicamentale ponit corpus realiter praesens & unitum loco, ac limitat ipsum ad hoc ut sit ita praesens uni loco, ut non sit in alio; ita similiter operatio Angeli in loco, considerata secundum respectum quem dicit ad illum, ponit substantiam Angeli praesentem & unitam tali loco, itaque limitat ad hoc ut ita sit praesens loco adequato, ut non sit alibi.

Confirmatur: Quod anima rationalis facit informando corpus, ad praesentiam Angelus agendo circa corpus, quia ipse est forma activa, non informativa: Sed ex eo quod anima rationalis informat corpus, non acquirit aliquid ubi distinctum ab ipsa informatione: quia ipsa informatio secundario facit eam esse in loco: Ergo ex eo quod Angelus operatur in corpus, non acquirit aliquid ubi ab operatione distinctum; sed ipsamet operatio virtualiter transiens, ut ponit Angeli substantiam praesentem & unitam loco, & dicit ordinem transcendentem ad illum, est ipsamet ubi Angelicum.

Ex quo intelliges, quod sicut relationes in Divinis ratione sua eminentiae & perfectionis tria diversa munia praestant: constituunt enim personas divinas personaliter seu incommunicabiliter subsistentes, notionaliter operantes, & inter se relatas, seu relative oppositas: unde eminenti quodam modo habent rationem subsistentiae, seu formae hypostaticae, rationem originis tam activae quam passivae, & rationem relationis, seu puri respectus ad terminum. Ita ut prius secundum rationem primum munus illis conveniat, deinde secundum, postea tertium, ut Tractatu precedenti dist. 14. art. 3. fuso ostendimus. Ita pariter operatio Angeli virtualiter transiens, tria ratione sua perfectionis & excellentiae praestat; conjungit enim agens subiecto seu passivo, in eo effectum producit, & Angelum ubicatum seu loco praesentem reddit: unde tria munia inadaequata habet, scilicet rationem applicationis ad locum, rationem operationis in loco, seu productionis effectus in illo, & rationem ubicationis, seu praesentiae in loco. Primum munus prius illi convenit; nam prius in genere causae materialis est, agens conjungi subiecto per operationem, quam in eo producere effectum, ut §. 4. exposuimus: deinde secundum, quia in genere causae efficientis prius est Angelum operationem in loco causare, quam in eo ubi seu praesentiam acquirere: postea tertium, quia ubicatio seu praesentia Angeli, cum sit praesentia agentis ad passum, operationem virtualiter transentem, ut est productus effectus ad extra, tamquam fundamentum proximum, seu rationem a priori, & causam virtutem supponit; eo fere modo quo in Divinis relatio secundum rationem ad, & ut est purus respectus ad terminum seu correlativum, seipsum ut habet rationem originis, tamquam rationem fundandi subit.

Ex his etiam intelliges, quod licet in corpore locato quatuor reperiantur, hoc ipso quod in loco constituitur; nempe substantia corporea, quae ponitur in loco; quantitas

tas dimensiona, quae est ratio locandi, ubicatio seu praesentia localis, quae est aliquis modus ad predicamentum ubi pertinens; & denique predicamentalis mensurati ad mensuram, quae resultat ex eo quod corpus locatum a loco mensuratur & circumscriptur: in Angelo tamen non reperitur nisi tria, scilicet ejus substantia quae praesens & inditans a loco corporeo constituitur; contactus virtutis, seu operatio virtualiter transiens, quae metaphorice habet rationem ubicationis & praesentiae; & relatio predicamentalis, non mensurati ad mensuram, sed potius agentis ad passum, & causae ad effectum; quae quia est relatio agentis per virtutem intrinsecam, & non diffusam, est etiam metaphorice relatio inditantis, quia habet cum ea similitudinem.

81. Contra hoc corollarium duo possunt argumenta fieri. Primum est: Angelus vere movetur de loco in locum; Ergo cum quilibet motus debeat habere terminum intrinsecum subiecto quod movetur, in Angelo debet admitti aliquid ubi intrinsecum, ejus substantiae superadditum, & ab ejus operatione distinctum, quod per motum ejus localem producatur seu acquiratur, & per quod formaliter praesens loco denominetur.

Secundum potest fieri propositi: Quae virtualiter distinguuntur in Deo, differunt realiter in creaturis: Sed immanens, quae est veluti ubi Dei, virtualiter distinguitur ab ejus omnipotentia, cum haec duse perfectiones diversae attributa in Deo constituant: Ergo ubi Angelicum realiter distinguitur ab ipsa operatione Angeli, seu contactu virtutis Angelicae ad locum.

82. Haec tamen leviter sunt & magis sententiam nostram confirmant, quam infirmant. Licet enim omnis motus proprie dictus, qui est actus imperfecti, & in actione formaliter transiente consistit, aliquid terminum intrinsecum debeat in subiecto quod movetur producere: secus tamen motus improprius & metaphoricus; in operatione formaliter immanente, & virtualiter tantum transiente consistens, qualis est motus Angelicus: quia licet ipse per se ordinetur ad producendum aliquid terminum ad extra, non tamen ad producendum terminum in ipso mobili recipiendum; cum hoc fit proprium actionis formaliter transiens, & motus physici, qui est actus imperfecti, ut docent nostri Thomistae in Physica. Ex quo desumi potest argumentum ad hominem, contra Joannem a S. Thoma, qui exilimat ubi Angelicum esse aliquid modum ab operatione Angeli realiter distinctum, & ad predicamentum ubi reductive saltem pertinentem; & tamen cum aliis Thomistis docet motum localem Angelorum esse operationem formaliter immanentem, & virtualiter tantum transentem. Haec enim non possit esse re cohaerere, vel ex eo convincitur, quod omnis motus localis, habens pro termino aliquid ubi realiter a se distinctum, sit motus physicus, seu actus imperfecti; eo enim ipso ita actu & perficit mobile, ut ipsum promovet per se ad ulteriorem terminum recipiendum: actio autem formaliter immanens, & virtualiter tantum transiens, non est actus imperfecti; quia licet per se ordinetur ad producendum aliquid terminum ad extra, scilicet effectum, non tamen ad producendum terminum in ipso mobili recipiendum; hoc enim est proprium motus physici, & actionis formaliter transiens: Ergo si motus localis Angeli sit operatio formaliter immanens, & solum virtualiter transiens, non producit in Angelo aliquid ubi, ab ipso realiter distinctum: alias talis operatio esset actus imperfecti.

83. Ad aliud argumentum in primis dico, Majorem non esse universaliter veram: nam ratio entis, veri, & boni distinguuntur virtualiter in Deo, & tamen non differunt realiter in creaturis. Item juxta Adversariorum principia, essentia & existentia, natura & essentia in Deo gaudent virtuali discrimine; & tamen illi docent ea realiter identificari in creaturis.

84. Respondeo secundo, data Majori, negando Minorem: nam ut docent Salmanticenses hic, probabiliter dici potest, immanens & omnipotentiam non esse attributa virtualiter & ex aequo distincta, sed duas rationes inadaequatas unius & ejusdem attributi, secundum nostrum modum concipiendi distinctas: eo modo quo de scientia & omnipotentia communiter docent nostri Thomistae in Tract. de scientia Dei.

85. Colliges quarto, Angelum per se & ratione sui non habere situm, propinquitatem, aut distantiam, sed solum per accidens & ratione loci corporei, in quo per operationem virtualiter transentem existit. Ita Cajetanus hic §. Sed advertendum, ubi ait: Angelus est per accidens distans aut propinquus loco alicui, secundum corpus in quo est; ita quod distantia non redundat in ipsum Angelum, sed predicatur de ipso, ratione corporis in quo est; & sic est propinquus loco propinquus illi corpori; distans a distans. Ratio hujus est: quia cum propinquitatis & distantiae localis importent quoddam genus comparationis inter extrema ut sunt in loco, non possunt intelligi inter aliqua, nisi illa sint in loco, ut locus est: Sed teste D. Thoma in 1. dist. 37. qu. 3. art. 1. ad 2. Esse in loco, ut in loco, non convenit Angelo, Theol. Gener., Tom. II.

nisi per accidens in quantum scilicet corpus assumptum, vel corpus cui per operationem applicatur, in loco est: Ergo situs, distantia, & propinquitatis localis, illi non competunt, nisi per accidens, & ratione corporis in quo est.

Ex quo intelliges, quod si Deus mundum corporeum 86 destrueret, vel si Angelus ante mundi corporei machinam condidisset (ut plures ex Patribus Graecis factum existimant) Angeli non essent inter se propinqui, vel distantes positive, sed negative tantum, propinquitatem saltem aut distantiam physica: haec enim (ut ostendimus) convenit Angelis solum per accidens, & ratione corporum quae tangunt, vel spatii in quo remanent. Dixi autem, propinquitatem aut distantiam physica: quia tunc posset unus Angelus agere in alium actione morali, eum illuminando, aut illi imperando; & ratione hujus illuminationis, vel imperii, moralem praesentiam & propinquitatem erga illum habere.

Dices: Angeli ante vel extra mundum corporeum pro- 87 ducti, haberent eandem naturam, easdemque facultates quas nunc habent, ac proinde possent se movere localiter; non enim essent stupidi, fixi, & immobiles sicut rupe: Ergo possent acquirere situm, per quem aliquid essent aliis propinqui, alii vero ab aliis distantes.

Confirmatur: Propinquitatis & distantiae aequae contradictorie opponuntur, ac curvitas & relictio, & similia: quemadmodum ergo non potest dari linea, quae non sit recta, aut curva; ita non potest esse dua substantiae inter se nec distantes nec propinquae.

Confirmatur amplius: Destructa corporei mundi machina, adhuc Angeli manerent praesentes & inditantes a Deo: Ergo & inter se.

Ad objectionem respondeo, quod licet in illa hypothesi 88 Angeli haberent in actu primo facultatem loco motivam, illam tamen per accidens, defectu loci, qui nullus tunc existeret, non possent in actu reducere. Sicut si omnia destruerentur corpora, & sole animae rationales a Deo crearentur, illae quidem haberent vim informativam, per accidens tamen, defectu corporum, actu informantis esse non possent. Et similiter, si Deus totam panis substantiam annihilaret, Sacerdos ratione characteris haberet in actu primo potentiam consecrandi corpus Christi; & tamen per accidens, defectu materiae, potentiam illam non posset in actu reducere. Denique si Deus omnia corpora quae sunt in mundo, uno tantum excepto, destrueret, illud nec posset moveri localiter, nec acquirere novum ubi, vel propinquitatem, aut distantiam, quia haec necessario supponunt alia corpora simul existentia.

Ad primam confirmationem dicendum est, quod licet 89 propinquitatis aut distantiae inter se contrarie opponantur, quia tamen sunt proprietates respectivae, & important quoddam genus comparationis inter extrema ut sunt in loco, nulla potest, destructo omni loco corporeo, dari positiva distantia aut propinquitatis, sed negativa tantum. Sicut quia aequalitas & inaequalitas, sunt proprietates respectivae quantitatis (una enim quantitas dicitur aequalis per ordinem ad alteram cui commentatur, & inaequalis per ordinem ad aliam quam excedit, vel a qua exceditur) si daretur una tantum quantitas, illa neque esset aequalis, neque inaequalis, sed ab utroque arbitraretur. Unde concessio Antecedente, neganda est Consequentia & paritas: curvitas enim & relictio non sunt proprietates respectivae, sicut propinquitatis & distantiae.

Ad secundam confirmationem nego similiter Consequentiam 90 & paritatem: quia Deus est praesens & inditans a creaturis per operationem virtualiter transentem, qua producit & conservat esse in omnibus rebus, ut in Tractatu de Attributis, agendo de immensitate Dei, fuso ostendimus: unde licet mundi corporei machinam destrueret, esset tamen intime praesens & inditans ab Angelis; quia in illis continua creatio & conservatio esse produceret & conservaret. At vero praesentia Angelorum ad corpora, non sic fundatur in actione creativa (quae nulli creature potest competere) sed in actione educitiva, atque adeo supponit subiectum corporeum in quo agat, & ex quo formam educat: subindeque destructis omnibus corporibus, nulla potest in Angelis dari vel concipi positiva propinquitatis aut distantiae, sed tantum negativa. Ex quo

Colliges quinto, Angelos nec actu nec potentia esse in 91 spatiis imaginariis, aut supra caelos: quia scilicet ibi nullam actionem transentem possunt elicere, cum nullam sic corpus quod moveant localiter, aut ex quo formam substantialem vel accidentalem educant.

Dices: Beati in corporibus suis gloriosius possunt efferre 92 se supra caelos, ut certum est de Christo Domino, qui in corpore suo glorioso eminet supra omnem caelum altitudinem: Ergo & Angeli. Consequentia videtur manifesta: quandoquidem agilitas corporum Beatorum est tantum quaedam imitatio agilitatis Angelorum.

Sed nego Consequentiam, & paritatem: corpora enim glorificata secum deferunt quantitatem & extensionem localem, ratione cuius non solum spatium reale, sed etiam